

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4396

Auteur(s) : Laurent Hérout [clerc]

Bénéficiaire(s) : Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1293, 1 avril

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le clerc Laurent dit Hérout et le bailli Nicolas de Villers, députés par le roi Philippe (III) sur les acquisitions faites dans le baillage de Coutances, confirment celles de l'abbaye de Montmorel.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Mont-Morel, n° XXI, p. 20-21.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis Laurencius dictus Herout, clericus, et Nicholaus de Villers, ballivus Constanciensis, deputati ab illustrissimo principe domino Philippo, Dei gracia, rege Francorum, super acquisitis factis ab ecclesiis, domibus religiosis, universitatibus et ignobilibus personis in ballivia Constanciensi salutem in Domino. Notum facimus quod viri religiosi abbas et conventus de Monte Morelli nobiscum, nomine suo, et monasterii sui, finaverunt super retinendis, habendis et in posterum possidendis ab eis et eorum successoribus, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, rebus inferius annotatis, acquisitis ab eis in feodis et retrofeodis domini regis : videlicet apud Sanctum Albinum de Terra Gasta, ex dono Agnetis, quondam uxoris Gervasii de Buat, militis, octava parte molendini de Orelart et dimidio quarterio frumenti cum Stephano de Valle ; ex dono Johannis Dastinel, quinque solidis Turonensium apud Eschariz ; ex dono Roberti Grimaut, militis, tredecim solidis Turonensium apud La Manseliere ; ex empto triginta perticis terre apud Poillie ; ex dono Guillelmi Cheval, tribus solidis ; ex dono Johanne de Buat, decem solidis Turonensium quos dicti religiosi reddebant annuatim pro quodam prato ; item duabus virgatis terre, ex dono, sitis in dicta parrochia ; item ibidem una acra et dimidia terre ex dono cujusdam laici in domo sua recepti ; ex dono Guillelmi de Ulmo, defuncti, duodecim solidis Turonensium ; item apud Jugleyum, ex dono Thome de Pruis, quatuordecim ruschis frumenti ; apud Ceaux, ex dono Stephani d'Iseignie et uxoris sue, decem solidis Turonensium ; apud Cortiz, ex dono Johanne La Boucharde, viginti et octo denariis et quodam meteent salis ; apud Sanctum Quintinum, ex dono Guillelmi de Verdun, militis, decem solidis Turonensium ; item apud Sanctum Albinum de Terra Gasta, ex dono Radulfi de Valle, sex virgatis terre ; apud La Manseliere, ex empto in stagno prioratus ejusdem loci, tribus perticis terre ; item una pecia terre in feodo as Peses et uno prato in eodem feodo ; item, ex dono Roberti Grimaut, per illos de Mesnil Osenne, undecim solidis Turonensium ; apud Monmartin, ex venditione Guillelmi Bacon et Dyonisie uxoris et filiorum eorumdem, triginta duobus solidis Turonensium ; estimatis hiis omnibus ad valorem quatuordecim librarum Turonensium annui redditus pro sexaginta quinque libris Turonensium. In cujus rei testimonium nos dictam financiam, nomine

dicti domini regis, recipientes presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda, salvo in aliis jure domini regis et jure in omnibus alieno. Datum anno Domini M CC nonagesimo tercio, die mercurii post Resurrectionem Domini.